Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35138
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



Curatorz

peccauerunt. Et istud intelligitur de debito iniuriarum quas debemus remittere. alioquin si nos nō dimittamus deus nō dimittet nobis. dicente xp̄o. Pater vester celestis non dimittet vobis nisi vos dimiseritis vnusquisq; de cordibus vestris. Qua eñ mēsura mensi fueritis eadez remetietur vobis. Si ergo ets vis q deus tibi dimittat peccata. z tu dimitte illis. qui cōtra te peccauerunt. alioquin dicetur tibi. Ex ore tuo te iudico serue neq; dicis eñ. dimitte mihi sicut ego dimitto. sed tu non dimittis. ergo dicis q tibi nō dimittere debeam. Sed nunquid ille qui in fraterno odio dicit istam oratiōnē peccat. Dico q non. quia non dicam in persona propria sed in persona ecclie. quod patet. quia dicit nobis et non dicit mihi. z cuz vniuersal eccia regat spūsancto z errare non possit. ideo nunq; quis erra dicendo istam oratiōnē. In secunda petitione petimus nos a malo culpe futuro peccaueri. cum dicimus. Et ne nos inducas in temptationem. Notandum q temptatio aliquādo sumit in bonum. sicut in Gene. quādo dicitur. Temptauit deus Abraam. z in libro sapientie cum dicitur. Deus tentauit illos z inuenit eos dignos se. Et dicitur deus temptare duobus modis. Uno modo permissiue. et ita sumit quādo dicitur. deus tēptauit illos. id est temptari permisit Et sic temptauit Job. Alio modo dicitur temptare vt ostendat alijs exemplum virtutis. sic temptauit Abraam vt ostenderet virtutē obedientie eius. z de tali temptatione non loquimur hic. Aliquando etiā temptatio sumit in malum. et sic ē duplex. Nam q̄dam est ab hoste. i. a demone. z q̄dam a carne. id ē inq̄tum caro cōsurgit aduersus spiritum. Temptano (que est ab hoste) nō est peccatū nisi consentiat ei. imo si resistat sibi est multū meritoriū. Et isto modo xp̄us fuit tēptatus. de q̄ dicit Matheus. Ductus est ihs in desertuz a spiritu vt temptaret a dyabolo zc. Temptatio que est a carne semp consurgit ex peccato. inq̄tum. s. ipsa rebellio carnis aduersus spiritum proue nit in nobis ex peccato primorum parentū. z est materialiter ipm peccatum originale. modo ista rebellio q̄tum ad sui principiū non ē in potestate nostra inq̄tum dicimus q primi motus nō sunt in potestate nostra. sed resistere isti temptatōni siue cōsentire primis motibus bene est in potestate nostra. z ideo cōsentire temptationi siue sit ab hoste siue a carne semp est peccatum. ita q si sit cōsensus cum deliberatione est peccatuz mortale. sed si sit cōsensus subbitus et quasi surreptitius est solum peccatum veniale Modo in ista petitione non petimus vt in temptationē non īnducamur. sed vt in tēptatione non cō